

in eadem canonica sanctæ Mariæ dono, cedo, offero, & per præsentem cartam offerfionis proprietario nomine ibidem confirmo. Insuper per cultellum, per festucam nodatam, vvanonem, & vvasonem terræ, atque ramum arboris in eodem monasterio, & in eadem canonica exinde facio traditionem, & investituram, & me exinde foras expuli, vuarpivi, & absens me feci, & in eodem monasterio, & in eadem canonica, & ad earum proprietatem habendam relinquo faciendum exinde pars ipsius monasterii, & canonice, aut cui pars ipsius monasterii, & canonice dederint legaliter a præfenti die proprietario nomine quidquid volueritis sine omni mea, & hæredum, & prohæredum meorum contradictione vel repetitione, si quid vero, quod futurum esse non credo, si ego qui supra Willelmus, quod absit aut ullus de hæredibus ac prohæredibus meis, seu quælibet opposita persona contra hanc cartam offerfionis ire tentaverimus, aut eam per covis ingenium subtrahere quæsierimus vel inferamus ad illam partem, aut aliquam exinde litem intulerimus, multa que est pœna auri optimi uncias centum argenti pondera ducentum, & quod repetierimus vindicare non valeamus, sed præfens carta offerfionis diuturnis temporibus firma permaneat atque persistat inconvulsa hac stipulatione subnixa, & a me qui supra Willelmus, una cum meis hæredibus; ac prohæredibus eidem monasterio aut canonice aut cui pars ipsius monasterii & canonice legaliter dederint, istam offerfionem qualiter supra in integrum ab omni homine defendere qui si defendere non potuerimus, aut si vobis exinde aliquid per quodvis ingenium infringere quæsierimus, tunc in duplum eandem offerfionem ut supra, in eodem monasterio, & in eadem canonica restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione in consimilibus locis. Hanc cartam enim offerfionis, & donationis, & bergamena cum atramentario de terra elevavi paginam Lanfranchi notarii sacri Palatii tradidi & scribere rogavi, in qua subter confirmans, testibusque obtuli roborandam. Actum infra civitatem Aquis prope canonicam sanctæ Mariæ feliciter. Signum manus infrascripti Willelmi, qui hanc cartam offerfionis fieri rogavit ut supra. Signum manus Anselmi seu Alberti de Lanerio lege viventes Romana testes. Signum manus Rubaldi seu Gandulfi testes. Ego Petrus notarius sacri Palatii sicut in carta quondam Lanfranchi notarii, qui eam tradidit inveni, hanc cartam exemplavi. Ego Ogerius notarius sacri Palatii videns exemplar hujus cartulæ totum ei in sententia, & grammatica simile me subscribo. Ego Vbertus Galea de Aquis notarius Palatinus mandato D. Alberti Aquensis Episcopi sicut inveni per Petrum suprascriptum notarium & Ogerium scriptam hanc cartam ut supra, ita & isto scripsi exemplo ec. Ego Bonfilius notarius Palatinus ec.

Donatio Walteriæ B. Guidoni Episcopo Aquensi.

19

M X L I I

Die martis, quæ fuit decimaquinta junius anni MXLII. indict. X. chartam donationis fecerunt tibi Domne Wido hujus sanctæ Aquensis Ec-

clesiæ Episcopus suisque successoribus in perpetuum. Ego Walteria quondam D. Alberti cum filiis meis Gisulfo, & Alberto, & Herzo quod D. Adelprandus qui fuit vir meus de omni eo quod habemus, & possidemus aut habere & possidere videmur, & quod fuit de mei jure ego qui supra Walteria atque meorum in loco & fundo de Visione, quodque rectum, & laboratum est per Walterium, qui est liber homo & per Gisulfredum Herzonem, & Radulfum qui ejusdem filii. Sunt autem per mensura justa jugia CCC & XX in loco dicto . . . choeret ei da una parte terra Episcopatus hujus sanctæ Aquensis Ecclesiæ, da alia terra Domini Marchionis de tertia, & de quarta terra mei qui supra Walteria filiorumque meorum, qui supra nominatorum faciendum de proventibus ipsius terræ omni anno in perpetuum atque officium per Canonicos hujus sanctæ Aquensis Ecclesiæ qui assistere teneantur & in refretorio comuniter (*desunt 4. lineæ hujus scripturæ cum dimidia*) Actum in hac civitate Aquensi præfentia bonorum virorum quorum nomina & subter scribi jussimus (*hic in fine evanuerunt 4. lineæ.*)

Diploma Henrici Imp. II. Ecclesiæ Aquensi.

M L I I

20

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus secundus divina favente clementia magnus ac triumphator Romanorum Imperator Augustus. Si justis si rectis fidelium nostrorum petitionibus aures nostræ serenitatis accomodaverimus, promptiores ac devotiores eos fore circa nostræ fidelitatis obsequia minime dubitamus. Decet enim nostram Imperialem celsitudinem sanctarum maxime Ecclesiarum continuam habere sollicitudinem, ut qui divina dispensatione per intercessionem omnium sanctorum imperamus (1) & in conservandis Ecclesiasticis rebus providi, & ad largiendum promptissimi inveniamur. In nullis quippe exercendis negotiis ab omnipotente regum rege adeo confidimus remunerari, & pro talento nobis credito centesimum recompensationis emolumentum consequi, quam si Christi Ecclesias jugo sæcularium oppressionum solutas fieri & ab omni adversantium noxa (2) liberarum manere elaboramus. Quapropter omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrarumque præfentium scilicet ac futurorum comperiat industria, quod nos interventu dilectissimæ contestalis nostræ Agnetis, nec non precatu Opizonis Cancellarii nostri sanctæ Dei Aquensis Ecclesiæ concedimus & in perpetuum donamus, & a nostro jure in jus, & proprietatem sibi ejusque rectoribus Episcopis funditus transfundimus, statuentes ut in his locorum vocabulis videlicet in Aquensi civitate, Melaxo, Cartoxio, Castro novo quod dicitur Formentiana (3), in Bistanno, in Tertio, in Alis, in Paternis, in Setebri, in Cassinis, in Camelario, in Cavatorio, in Foro, in Croniardo, & in terris S. Vigili placita prædictæ Aquensis Ecclesiæ Episcopi perenniter teneant, distinctiones & duella legaliter faciant. Insuper etiam nostra imperiali sanctione ejusdem Ecclesiæ concedimus Episcopis, & perenni jure hac præceptali promulgatione corroboramus,